

aliud Christum ad manducandum dari, *sess. 22. c. 22. & Can. 1. in Canonis Missæ nihil est reprobandum, sess. 22. cap. 4. Varii ritus, & cæremoniæ Missæ ordinantur ad hoc, ut fideles audientes Missam, meditentur Mysteria per hujusmodi ritus, & cæremoniæ significata, & etiam ad Majestatem tanti Sacrificii, sess. 22. cap. 5. & Can. 7. Missæ in quibus Sacerdos solus communicat, non sunt damnandæ, sicutque communes & ipsæ, cum celebrentur Missæ omnes pro fidelibus omnibus, qui ad Corpus Christi pertinent, sess. 22. cap. 6. & Can. 8. Aquæ mixtio cum vino in Calice non est reprobanda, & per hujusmodi mixtionem representatur aqua, quæ fluxit de latere Christi, & unio populi fidelis cum Christo. Magnam continet Missa fidelium eruditionem, ac non expedit, ut lingua vulgari celebretur, sess. 22. cap. 8. Can. 9. Episcopi de medio tollere curent, quæ vel avaritia, vel irreverentia, vel superstitio induxit in Missam, quæ ad avaritiam pertinent, sunt verbi gratia, conditiones mercedum pactæ, quiddam datur pro Missis novis celebrandis, importunæ, & liberales elemosinarum exactiões potius quam postulationes, & alia hujusmodi. Circa irreverentiam, interdicitur ne vergus, & ignotus Sacerdos celebret in sua Diocesi, nec publicè, ac notoriè eriminosus Altari ministret, vel Sacris intersit, nec celebretur à Sæcularibus, vel Regularibus in Domibus extra Ecclesiam, vel Oratoria ad id dicata ab Episcopis designanda, & visitanda, nisi qui intersint, sint decenter compositi, & reverenti habitu. Non permittant Muticos ibi, sive organo, sive cantu lascivum, vel impurum quid miscere: nec similiter sæculares actiones, vana, & profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores. Circa superstitiones prohibet sub pœnis, ne celebrentur aliis, quam debitis horis, nec adhibeant alios ritus, cæremoniæ, vel preces in Missa præter approbatas, & frequentes, & laudabili usu retentæ. Ab Ecclesia removeant certum numerum certarum Missarum, vel candelarum. Doeceant populum, quis fructus sit hujus Sacrificii, quem etiam admonent, ut frequentet suas Parochias, saltem diebus Dominicis, & majoribus Festis. Item omnia, & quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, Episcopus, ut delegatus prohibeat, mandet, corrigat, statuat, & compellat populum illa observare censuris Ecclesiasticis, & aliis pœnis arbitrio &c. Non obstantibus, &c. *sess. 22. Decreto de Observant. & evitand. in celebrat. Missæ.* Missas obligatas pro defunctis si in aliquo loco excreverint in magnum numerum, vel elemosinæ tenues fuerint, ita ut satisfieri non possit obligationi, Episcopus in Synodo Diocesana, & Abbates, Generales ordinum in suis Capitulis Generalibus moderentur, vel statuunt prout in conscientia judicaverint ad majorem Dei honorem, & utilitatem Ecclesiarum, ita tamen, ut semper fiat commemoratio Defunctorum, qui legarunt, *sess. 25. cap. 4. de Reform.**

MONASTERIUM.

NON possunt Regulares erigere Monasteria nova sine Episcoporum facultate, in cujus Diocesi eriguntur, *sess. 25. cap. 13. de Regul.* In Monasteriis non extent plures quam qui commode alii possunt. *ibidem.* Monasteria Monialium non ædificentur extra urbes, vel oppida frequentia, & quæ habitant moniales extra, reducantur, si fieri potest ab Episcopo in Conventus intra urbes, & oppida, *sess. 25. cap. 5. de Monial.*

MONIALIS.

Monasteria Sanctimonialium immediate subiecta Sedi Apostolicæ, ab Episcopis, ut Delegatis Sedis Apostolicæ gubernari debent, quæ verò subduntur Regularibus, ad eorum custodiam relinquuntur, *sess. 25. cap. 9. de Regul.* Singulis mensibus saltem debent admoneri, ut suscipiant Moniales Sacramenta Penitentiae, & Eucharistiæ. Debet eis offerri Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno, qui omnium Confessiones audire debeat, *sess. 25. cap. 10. de Monial.*

NEGOTIUM.

Negotia Sæcularia Clericis interduntur, *sess. 22. cap. 1. de Reform.*

NOTARIUS.

Notarii carentes omni salario possunt accipere pro litteris dimissoriis, & testimonialibus ad ordines Sacros decimam partem unius aurei, dummodo ex Notariis commodis, nullum elemosinatum directè, vel indirectè per collationes ordinum Episcopo proveniat, *sess. 21. cap. 1. de Reform.* Notarium etiam Auctoritate Apostolica, vel Imperiali creatum potest Episcopus, ut Delegatus examinare, & si non invenit idoneum, vel quomodocumque in officio delinquentem, potest, perpetuò, vel ad tempus prohibere usum Officii ejus in negotiis, & causis Ecclesiasticis, & Spiritualibus, & appellatio ejus non suspendit interdictionem Ordinarii, *sess. 22. cap. 10. de Reform.*

NOVITAS.

Nihil ab Episcopis novum, atque institutum hæcenus in Ecclesia decernatur, inconsulto Romano Pontifice, *sess. 25. de Invocat. & Vener.*

NOVIATIUS.

Finito Novitiatu, debent Novitii admitti ad Professionem, aut ejici. Excipitur Religio Societatis Jesu, cujus Institutum commendatur, & in qua

qua non intendit per hæc innovare, aut prohibere, quin interserviant Domino, & ejus Ecclesie, juxta primum ejus institutum à Sancta Sede Apostolica approbatum, *sess. 25. cap. 16. de Regular.*

OPERA.

Multa opera permissivè tantum Deo tribui possunt, non autem propriè, & per se, sicut propriè, & per se operatur in nobis liberè consentientibus opera bona, *sess. 6. Can. 9.* Hæreticum est dicere, justum in quolibet opere bono mortaliter, aut etiam venialiter peccare, *sess. 6. Can. 25.* Hæreticum pariter est dicere, non debere hominem justum sperare dandam suis bonis operibus mercedem æternam, si perseveraverit in statu gratiæ usque ad mortem, *sess. 6. Can. 26.* Opera bona sunt donum Dei, & meritum hominis justi, & augent gratiam in hoc sæculo, & augebunt gloriam in futuro, si in statu gratiæ decesserit, *sess. 6. Can. 32.*

ORATOR.

Oratoribus Principum nullum præjudicium factum est in Conc. Trident. *sess. 25. de Loc. Orat.*

ORDINATIO.

Ordinationes, etiam quoad Ordines Minores, fiant per interstitia, nisi aliud Episcopo expedire videatur. Et ordinati se exercent in ordinibus susceptis in ea, cui adscripti erunt Ecclesia, nisi absint ratione studiorum, ita de gradu in gradum ascendant, & crebrior quàm antea Corporis Christi communio ab eis suscipiatur, *sess. 23. cap. 11. de Reform.* Nequit Episcopus ordinare familiarem suum non subditum, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quæcumque fraude cessante, statim illi conferat, *sess. 23. cap. 9. de Reform.* Ordinationes fiant statutis à jure temporibus, & in Cathedrali publicè, ac presentibus Canonicis. Si autem in alio Diocesis loco, fiat in Ecclesia digniori præsentè Clero loci. Nullus autem ordinetur, nisi à proprio Episcopo, vel nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur. Si seclusus fiat, ordinans per annum suspenditur à collatione ordinum, & ordinatus ab eorum exercitio quantum proprio Ordinario videbitur expedire, *sess. 23. cap. 8. de Reform.* Nemo ordinetur per saltum, cum ordinatis tamen per saltum casu, quod contingit, si non ministraverint, poterit Episcopus distemperare, *sess. 23. cap. 14.* Ordinandi Presbyteri tales sint, qui novecent cæteros docere, ac ministrare Sacramentâ, & exemplarem vitam ducant, *sess. 23. cap. 14.* Nullus ordinetur, qui illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro ejus necessitate, aut utilitate assumitur, adscribitur, ubi ordinatus suis fungatur muneribus. Quod si locum, Episcopo inconsultum

to, deseruit, ei Sacrorum exercitium interdicitur, *sess. 23. cap. 16. de Reform.* Ordinandos Subdiaconos non est ante annum ætatis suæ 22. Diaconos ante 23. Presbyter ante 25. & sint digni, quorum probata vita senilis est, *sess. 23. cap. 12. de Reform.* Ordinetur nullus, qui non adscribitur pio loco, pro ejus necessitate, vel utilitate assumitur, cui etiam interserviat, & non vagetur, quem locum, si inconsulto Episcopo, reliquit, interdicitur ei exercitium Sacrorum, *sess. 25. cap. 16. de Reform.*

ORDINES SACRI.

Litteræ dimissoriæ ad recipiendum ordines Sacros non susfragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, exprimendam in litteris, & tunc non ordinetur, nisi ab Episcopo in sua Diocesi, aut pro eo à Pontificali exercente, ac examine prævio. Facilitates verò de non promovendo, præterquam in casibus à jure expressis, ad annum tantum susfragentur, *sess. 7. cap. 11. & 12.* Episcopus potest suspendere ab exercitio ordinum susceptorum eos, quos ipse judicat minus idoneos, quamvis ordinati sint ab alio Episcopo, & approbati, *sess. 14. cap. 3. de Reform.* Non potest Episcopus quidquam accipere, etiam sponte oblatum, nec ejus Ministri pro collatione ordinum, litteris dimissoriis, aut testimonialibus, Clericali Tonsura, nec pro sigillo, nec pro alia quæcumque causa. Notarii verò, qui carent omni salario, possunt accipere pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus decimam partem unius aurei, dummodo non reddunt lucrum in Episcopatum, *sess. 21. cap. 1. de Reform.* Nemo ad majores ordines promoveri potest nisi prius pacificè habeat beneficium Ecclesiasticum ad suam sustentationem sufficiens. Illud verò beneficium resignare ordinatus nequit, nisi facta mentione, quod titulo illius beneficii sit promotus, neque illa resignatio admittatur, nisi constet, eum aliundè commodè sustentari posse. Titulo verò Patrimonii nemo ordinetur, nisi ex necessitate, vel commoditate Ecclesiarum opus fuerit, & patrimonium talia sint, quæ sufficiant ad sustentationem Presbyteri, nec alienari possint, nisi de licentia Episcopi, & nisi adquiratur Beneficium, aut aliundè habeatur commoda sustentatio, *sess. 21. cap. 2. de Reform.* Ordines Sacri septem, à quibus denominantur Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi constituti in ordinibus majoribus, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, Ollarii constituti in minoribus, Clericali Tonsura insigniti per minores, ad majores accedere debent, *sess. 23. cap. 2. & Can. 2.* In ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, &c. non requiritur secularis potestatis consensus, sive autoritas, & qui non ordinantur ab Ecclesiastica, & Canonica potestate, non sunt legitimi, *sess. 23. cap. 4. Can. 7. & 8.* Episcopi per se ipsos conferant

ordines Sacros. Quod si ob ægritudinem nequeant, ordinandos probatos, & examinatos ad alium Episcopum dimittant, *sess. 23. cap. 3. de Reform.* Post ordines minores non promoveantur Clerici ad majores, nisi per annum, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat, *sess. 23. cap. 11.* Nullus ad Subdiaconatum ante vigesimum secundum, ad Diaconatum ante vigesimum tertium, ad Presbyteratum ante vigesimum quintum ætatis annum promoveatur. Promovendi autem sunt, quorum probata vita senectus est. Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc exclusis, *sess. 23. cap. 12. de Reform.* Functiones proprie Sacrorum ordinum non exerceantur, nisi per constitutos in dictis ordinibus. Ex aliqua parte redditum beneficiorum simplicium assignentur stipendia, functiones illas exercentibus Clericis, qui cœlibes sint. In casu penuriæ adhibeantur Clerici conjugati, dummodo non bigami, & qui primam tonsuram, & habitum Clericalem gestant, *sess. 23. cap. 17. de Reform.*

PARADYSUS.

Licet operari propter Paradyfi bona æterna, & sic operari meritorium est, *sess. 6. cap. 12.*

PAROCHUS.

Ubi unus Rector non sufficit Populo, suppleri debet per Sacerdotes competentes. Ubi etiam Parochiæ se nimium extendunt, poterunt dividi, & constitui ab Episcopis novæ Parochiæ, & circa hoc innovat Constitutionem Alexandri III. quæ incipit: *Ad audientiam*, & continetur in *Decr. lib. 3. tit. 48.* Debent autem, vel Sacerdotes coadjuvantes, vel novi Parochi provideri de redditibus Parochorum, vel potest compelli Parochus, ut subministret competentem sustentationem, si opus fuerit, *sess. 21. cap. 4. de Reform.* Præcipitur Parochis, *sess. 22. cap. 8.* ut inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios aliquid ex his, quæ in Missa leguntur exponant, vel Mysterium aliquod Sanctissimi hujus Sacrificii declarent, Parochus, vel alius Sacerdos, qui Matrimonium celebravit sine testium duorum, vel trium numero, graviter est ab Ordinario puniendus, *sess. 24. cap. 1. de Reform. Martini.* Non interfuit Matrimonii vagorum, nisi prius diligenter inquisitionem faciant de illorum statu libero, & nisi prius ad Ordinarium detulerint, & ab eo licentiam id faciendi obtinuerint, *sess. 24. cap. 7. de Reform. Martini.*

PAROCHIA.

Ubi redditus alicujus Parochiæ tenues non sufficiunt Parocho, suppletur per unionem be-

neficiorum, non tamen Regularium, aut per primitiarum, vel decimarum assignationes, aut per symbola, aut collectas, *sess. 24. cap. 13.* Omnes Ecclesiæ Parochiales certos habeant fines, & ubi non habeat, Episcopi constituant singulis Parochiis certos fines, *sess. 24. cap. 13. de Reform.* Parochiani subvenire debent de propriis bonis suis Parochiis in gravi egestate constitutis, *sess. 25. cap. 12. de Reform.*

PATRIMONIUM.

Nemo ordinetur titulo Patrimonii, nisi ex necessitate, aut commoditate Ecclesiarum. Resignatio Patrimonii non fiat absque licentia Episcopi, quæ non concedatur, nisi aliunde habeat Presbyter quomodo commodè vivat, *sess. 30. cap. 2. de Reform.*

PATRONUS.

Patroni neque iis, quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immiscere se debent, *sess. 24. cap. 3. de Reform.* Patroni non se immisceant in fructibus beneficii, sed Rectores est, beneficiati illos distribuant, *sess. 25. cap. 9. de Reform.* Patronus si Juspatronatus vendat, vel diltrahere præsumat, est excommunicatus, interdictus, & privatus jurepatronatus, *sess. 24. cap. 9. de Reform.* Patronus debet præsentare quem vult pro beneficio coram Episcopo loci ordinario, ad quem pertinet provisio, cessante privilegio, aliter præsentatio, & institutio essent nulla. Præsentatos à Patronis, Episcopus examinet, & non idoneos repellat, *sess. 25. cap. 9. de Reform.*

PECCATUM ORIGINALE.

Per peccatum originale primus homo totus secundum animam, & corpus in deterius commutatus est, *sess. 5. de Peccato Origin.* Peccatum, quod est mors animæ, transfunditur per Adam in omnes homines una cum aliis penis peccati Originalis, *sess. 5. de Peccato Origin.* Ad peccatum origine unum propagatione, non immutatione transfusum, inest unicuique proprium, *sess. 5. Decret. de Peccato Origin.* Quomodo transfundatur, Vid. *Azor. lib. Instit. mor. cap. 26. prope finem.* Non tollitur hoc peccatum, nec per vires humanæ naturæ, nec per aliud remedium, nisi per merita Christi Domini mediatoris, *sess. 5. de Peccato Orig. & 6. de Just. cap. 1.*

PECCATUM MORTALE.

Anathemate plectitur qui asserit tantum infidelitate peccari mortaliter, & amitti gratiam sanctificantem, *sess. 6. cap. 27.*

PEC.

PECCATUM VENIALE.

Sine speciali auxilio Dei non possumus vitare omnia peccata, etiam venialia, *sess. 6. Can. 23.* Homo iustus potest adhuc peccare, & gratiam amittere: Unde non inferitur, quod relapsus in peccatum non fuerit justificatus, *sess. 6. Can. 23.* Peccata venialia possunt multis aliis remediis expiari præter Confessionem Sacramentalem, ac propterea non tenemur ea confiteri, *sess. 14. cap. 5.*

PEREGRINUS.

Clerici Peregrini ad Divina celebranda Mysteria, & ad Sacramenta ministranda non admittantur sine litteris commendatitiis sui ordinarii, *sess. 23. cap. 16. de Reform.*

PERSEVERANTIA.

De Perseverantia finali nihil certum absolute certitudine nobis possumus polliceri, *sess. 6. cap. 13.* Sperare tamen in Dei auxilio firmissimè debemus. *Ibidem.* Hæreticus est, qui dicit, se certò habiturum certitudine absoluta, & infallibili Perseverantiæ finalis donum, nisi hoc speciali revelatione didicerit, *sess. 6. Can. 12.* Sine speciali auxilio Dei perseverare in accepta justificatione non possumus, *sess. 6. Can. 22.*

P OEN A.

Reatus penæ temporalis interdum remanet exsolvendus post acceptam justificationis gratiam, qui debet exsolvi, vel in hoc sæculo, vel in futuro, vel in Purgatorio antequam pateat aditus ad regnum Cælorum, *sess. 6. Can. 30.*

P OENITENTIARIUS.

In omnibus Cathedralibus habeatur Pœnitentiarius, qui sit Magister, vel Doctor, aut Licentiatius in Theologia, vel jure Canonico, & annorum saltem quadraginta, aut saltem qui aptior loci reperitur, qui dum Confessiones audit, præsens in Choro censeatur, *sess. 24. cap. 8. de Reform.*

PONTIFEX MAXIMUS.

Papa lectissimos tantum sibi Cardinales adsciscat, *sess. 24. cap. 1. de Reform.* Autoritas Papæ in omnibus Decretis Concilii salva esse intelligitur, *sess. 25. cap. 21. de Reform.* Ei ab omnibus Episcopis, Archiepiscopis, &c. vera obedientia præstanda est, *sess. 25. cap. 2. de Reform.* Plura de Romano Pontifice. Vide verbo *Episcopus &c.*

POPULUS.

Populus tenetur interesse diligenter, ubi commodè fieri potest, ad audiendum Verbum Dei, *sess. 24. cap. 4. de Reform.*

P R Æ B E N D A.

Non dantur Præbendæ nisi idoneis, quod si eligantur non idonei, facta provisio sit nulla, *sess. 5. cap. 1. de Reform.*

P R Æ C E D E N T I A.

Controversias de præcedentiâ, & similibus, quæ oriuntur inter sæculares, & regulares in Processionibus in tumulandis defunctis, in delatione Umbellæ, &c. Episcopus, amota omni appellatione, componat, *sess. 25. cap. 13. de Regular.*

P R Æ D E S T I N A T I O.

Sine speciali revelatione nemo certus esse potest de sua prædestinatione, *sess. 6. cap. 12.* Non est necesse iusto ad salutem credere ex fide se esse prædestinatum, *sess. 6. Can. 15.* Nemo divine potestatis prædestinatur ad malum. *Ibid. Can. 6.*

P R Æ D I C A T O R.

Parochi debent per se ipsos, si legitime non fuerint impediti, vel impediti per alios prædicare populo sibi commissio singulis diebus Dominicis, & diebus festis solemnioribus, *sess. 15. cap. 2. de Reform. & sess. 24. cap. 4. de Reform. & cap. 7.* In Ecclesiis, quæ non sunt sui ordinis, nequeunt prædicare Regulares, nisi de licentia Episcoporum gratis concedenda, *sess. 5. cap. 2. de Reform. & sess. 24. cap. 4. de Reform.*

P R Æ D I C A T I O.

Debet haberi in Jejunii Adventus, & Quadragesimæ quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, *sess. 24. de Reform. & cap. 7.*

P R I V I L E G I U M.

Privilegia Regularium nonnulla variis in locis expressè revocatur à Trident. Privilegium quoad celebrandum in Oratoriis privati revocatur, *sess. 22. Decret. de observ. & vitand. in celeb.* Privilegium de suscipiendo Presbyteratu ante annum 25, revocatur, *sess. 23. cap. 12. Ibid. cap. 16.* Revocatur quodcumque privilegium audiendi confessiones absque approbatione Episcopi. Demum, *sess. 25. c. 22.* revocantur omnia privilegia in contrarium facientia decretis præcedentibus viginti & unum de Regu-

la-

laribus. Privilegia, quæ residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, & in iis, qui beneficia Ecclesiastica obtinent ratione prædicatorum beneficiorum, minimè intelligantur, sed Ordinarii jurisdictioni subiecti permaneant, *sess. 24. cap. 11. de Reform.*

PRIVILEGIUM FORI.

Fori Privilegio non gaudet, qui beneficium Ecclesiasticum non habet, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi non inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel in Universitate de licentia Episcopi non versetur. Circa Clericos conjugatos, servetur Constitutio Bonif. Octavi, quæ incipit: *Clerici, qui cum univis*: modo deputati ab Episcopo alicui Ecclesiæ illi inserviant, & Clericali habitu, ac Tonsura utantur, *sess. 23. cap. 6. de Reform.*

PROFECTUS.

Profectus Spiritualis consistit in augmento Fidei, Spei, & Charitatis, *sess. 6. cap. 10.*

PROCESSIO.

Etiam Regulares teneantur ad publicas Processiones vocati accedere, exceptis illis, qui in strictiori Clausura perpetuò vivunt, *sess. 25. c. 13. de Regular.*

PROFESSIO.

NON potest fieri ante decimum sextum annum completum religiosa Professio, nec ante annum probationis expletum, estque invalida Professio secus facta, *sess. 25. c. 15. de Regul.* Nequit novitia Professionem emittere, antequam Episcopus exploraverit, vel eo absente, aut impedito, ejus Vicarius voluntatem illius liberam circa emissionem Professionis, ac piam. Novitiarum autem Magistra tenetur Episcopum admonere uno mense ante Novitiatum complementum de proxima Novitiarum Professione, *sess. 25. cap. 17. de Regular.* Ea omnia, & singula, quæ ante Professionem, vel in ipsa Professione fieri oportet, debent servari non solum in Monasteriis Episcopo subiectis, sed & in aliis quibuscumque. Excipiuntur tamen mulieres convertitæ. Quomodo excipiantur. Vide Bellarm. in *declarat. Concil. Trident. sess. 25. cap. 18.* Qui præterdit irritam ex capite vis, & metus, aut ex capite ætatis professionem suam, aut velit dimittere habitum, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiat, nisi intra quinquennium à die Professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas præterdiderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario, *sess. 25. cap. 19. de Regul.*

PROMOTIO.

Nulli suffragatur licentia Clerico de sui promotione ad ordines, gradus, aut dignitates superiores contra voluntatem sui Episcopi, à quo fuerit prohibitus ascendere, vel suspensus. Imò nec ipsa promotio suffragatur, *sess. 14. cap. 1. de Reform.*

QUÆSTOR.

Questorum Eleemosynarum nomen, & usus penitus tollitur, *sess. 21. cap. 9. de Reform.*

QUÆSTUARIUS.

Questuariis interdicitur prædicationis munus, *sess. 5. cap. 2. de Reform.*

RAPTUS.

Inter Raptorem, & raptam Matrimonium quantum ad raptum in potestate raptoris est, non valet, si autem rapta posita in loco tuto, ac libera facta in Matrimonium confenserit, valet, sed raptor est ipso jure excommunicatus cum omnibus, qui consilium, auxilium, favorem ipsi præbuerunt. Raptor insuper tenetur raptam dotare, sive duxerit eam in uxorem, sive non, *sess. 24. cap. 6. de Reform. Matrim.*

REDDITUS.

SI quando Parochiæ, vel Episcopatus tenuissimos redditus habent, suppleendum est per uniones beneficiorum, quæ non sint curata, nec regularia, vel per primitias, aut decimas, aut regulas, & collectas, *sess. 24. cap. 13. de Reform.* Ecclesiæ Cathedrales nullis pensionibus, aut reservationum fructibus gravari debent, *sess. 24. cap. 13.* Hortatur omnes, ut de propriis bonis subveniant Prælati in tenuioribus Ecclesiis ad dignitatem tuendam, *sess. 24. cap. 12. de Reform.*

REGULARIS.

Regularis extra Monasterium degens, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam à Delegato Sedis Apostolicæ puniri potest, *sess. 6. cap. 3. de Reform.* Nullas Prælati Regularis potest admittere ad professionem Religiosum alicum, qui ab alio ordine transferatur ad suum, nisi ut in ordine ipso sub obedientia, & in Claustro perpetuo maneat, & non vagetur, translatus autem etiam Canonicus Regularis, beneficiorum secularium incapax est, *sess. 14. cap. 11. de Reform.* Non obstantes quocumque privilegio, ut nequeant eodem die Subdiaconatum, & Diaconatum suscipere Regulares vetat Concilium, *sess. 23. cap. 13. de Reform. Regu-*

RELIQUIÆ.

NON possunt exponi novæ Reliquiæ, nisi recognoscite, & approbante Episcopo, *sess. 25. de Invocat. & Venerat.*

RENUNCIATIO.

NULLA renunciatio valet ab ingredientibus Religionem facta, etiam si fiat in favorem causæ piæ, nisi fiat cum licentia Episcopi, sive illius Vicarii intra duos menses proximos ante professionem, nec fortiatu effectum ante Professionem secutam. Aliter facta est irrita, *sess. 25. cap. 16. de Regul.*

RESERVATIO.

Rite, ac laudabiliter sibi Romanus Pontifex, & Episcopi reservant atrociora quædam crimina, dummodo hoc fiat in ædificationem, non verò in destructionem animarum, *sess. 14. cap. 7.* Reservatio habet vim, non solum in foro externo, sed etiam coram Deo. *Ibid.* In articulo mortis nulla est reservatio. *Ibid. & Can. 2.*

RESIDENTIA.

SI Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates non resident per sex menses in sua Diocesi, quartam partem fructuum amittentialiam quartam, si per alios sex menses. Quod si ulterius non resident, subijciuntur censuris, & aliis pœnis, *sess. 6. cap. 1. de Reform.* Si Episcopus ultra annum non resideat, & non sit legitime impeditus, tenetur Metropolitanus, seu in ejus defectum suffraganeus senior monere Papam intra tres menses sub pœna interditi ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrendi, *sess. 6. cap. 1. de Reform.* Episcopi omnino curent, ut resideant omnes, qui habent beneficia residentiam exigentia. Quibus verò ex legitimo impedimento conceditur facultas non residendi, de Vicariis provideatur, & congrua fructuum portio Vicariis assignetur, ut animarum cura non negligatur, *sess. 6. cap. 2. de Reform.* Residere teneantur personaliter in sua Diocesi, vel Ecclesiâ, ubi teneantur fungi officio sibi injuncto, & omnes Patriarchæ, Primates, Metropolitanus, & reliqui etiam Cardinales, qui præsent Ecclesiis Cathedralibus, nisi excusentur aliqua causa ex infra dictis, V. G. Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas, & tunc talis etiam est approbata in scriptis à Papa, vel à Metropolitanano, vel eo consulto, à suffraganeo antiquiori Episcopo residente, qui etiam debet approbare causam absentis Metropolitanus, & nisi causa sint notoria, & repentina propter munus aliquod, vel officium Reipublicæ adjunctum Episcopatibus, tunc enim

laribus omnibus præcipitur observantia suæ Professionis, & Votorum, tam in victu, quam vestitu, idque curent Superiores in Capitulis Generalibus, & Provincialibus, & Visitationibus, quas sui Superiores non præmittant, *sess. 25. cap. 1. de Regular. & Monial.* Regularibus non licet tenere, vel possidere tanquam propria, vel nomine Conventus bona mobilia, vel stabilia quocumque modo ab eis acquisita, sed ea incorporentur Monasteriis per Superiorem. Item, non licet Superioribus concedere bona stabilia, etiam ad usumfructum, vel usum, vel administrationem, vel commodum, sed officiales ad numerum superioris amovibiles admittant bona Monasteriorum. Mobilia superiores ita permittant, ut conveniant statui pauperatis, & necessaria non degenentur, superflua non permittantur, quod si quis contra hæc proprietarius deprehensus, vel convictus fuerit, sit privatus voce activa, & passiva per biennium, & subiacet pœnis sui ordinis, *sess. 25. cap. 2. de Regular. & Monial.* Regularibus omnibus, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Observantia, conceditur habere in communi bona immobilia, & si his spoliati fuerint, denud restituentur, & in Monasteriis non adint plures, quam qui commodè alii possunt, sive ex redditibus, sive ex cleemosynis vivunt, *sess. 25. cap. 3. de Regul. Monial.* Regularis nullus quocumque prætextu sine licentia sui Superioris subijciatur obsequio alicujus Prælati, Principis, vel Communitatis, vel alterius personæ, & in hoc non suffragetur quocumque Privilegium ab aliis super iis obtentum, & si quis contrafecerit, puniatur à Superiore. Item, Regulares non recedant à suis Conventibus, etiam prætextu accedendi ad Superiores, nisi ab his vocati, aut missi fuerint, & qui sine mandato prædicto in scriptis obtento reperitus fuerit, ab Ordinario locorum puniatur tanquam desertor sui instituti, *sess. 26. cap. 4. de Regular. & Monial.* Observare debent interdicta, ac censuras à Sede Apostolica emanatas, & etiam ab Episcopis promulgatas. Item dies festos colere, quos colendos Episcopus præceperit in sua Diocesi, *sess. 25. cap. 12. de Regul.* Regularis exemptus scandalosè delinquens, Episcopo instante, à suo Superiore puniatur, qui si non puniatur, ut debet à suo Superiore, privetur officio, & delinquens ab Episcopo puniri potest, *sess. 25. cap. 14.* Nemo ex Regularibus transire potest ad laxiorem ordinem, nec debet dari cuique licentia ferendi occultè habitum suæ Religionis, *sess. 25. cap. 19. de Regular.*

RELAPSUS.

Potest qui post Baptismum recidit in peccatum resurgere ad gratiam, at non potest resurgere vi solius fidei sine Sacramento Penitentia, ut docent Hæretici, *sess. 6. Can. 29.*

enim non est opus id significare Metropolitanano. Item, Metropolitanus cum Concilio Provinciali debet iudicare de sententiis à se, vel à suffraganeo datis, ne quis abutatur eo iure, & ut errantes puniantur poenitentia Canonice. Item, abesse à grege aliquantisper, intelligitur ad summum per tres menses, five interpolatè, five semel in anno, & id fiat, ex æqua causa, & sine detrimento gregis, & hoc relinquatur conscientia absentis. Item, hortatur ut nullo modo absit tempore Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus, quibus refici maxime Pastoris presentia oves debent, nisi fortè accidat quod aliò ab Episcopali munere vocetur. Contravenientes dictis ultra poenas sub Paulo Tertio, & peccato mortali, non faciant fructus suos pro rata, & hoc etiam in conscientia, nulla declaratione secuta, sed eos fructus, vel ipse, vel Superior Ecclesiasticus applicet fabricæ Ecclesiarum, vel pauperibus loci, non obstante quacumque conventionione, compositione, privilegio, &c. ita ut nihil fructuum illi contingat. Eadem prædicta quantum ad fructus, culpam, & poenas debent intelligi de Curatis inferioribus, vel quibuscumque beneficiariis cum cura animarum, ita ut causam absentia Episcopus approbet in scriptis, & relinquat Vicarium idoneum approbatum ab Ordinario cum debita mercedis assignatione, nec absint ultra duos menses, nisi ex gravi causa, & si contumaces citati per edictum, personaliter non compareant, est liberum Ordinariis eos compellere censuris Ecclesiasticis tum sequestratione, tum subtractione fructuum usque ad privationem, non obstantibus quibuscumque, &c. & oportet hæc publicari in Conciliis Provincialibus, & Episcopalis, *sess. 23. cap. 1. de Reform.*

SACERDOS.

Anathematizatur dicens, Christum Dominum non instituisse Sacerdotes Apostolos illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*, aut non ordinasse, ut ipsi, alique Sacerdotes offerrent Corpus, & Sanguinem suum, *sess. 22. Can. 2.* Sacerdotes non habent potestatem temporariam, sed æternam, cum imprimat characterem Sacramentum ordinis indelebilem: Adeoque impossibile sit, ut Sacerdotes iterum fiant Laici, *sess. 23. cap. 4.* Sacerdotium Novæ Legis visibile externum institutum est à Christo Domino, & Sacerdotibus tradita est potestas consecrandi, offerendi, ministrandi Corpus, & Sanguinem ejus, necnon peccata dimittendi, ac retinendi, *sess. 23. cap. 1.* Non omnes Christiani sunt Sacerdotes, *sess. 23. cap. 4. & Can. 1.*

SACRAMENTUM.

Sacramenta Novæ Legis sunt à Christo instituta septem tantum, & singula Sacramenta Novæ Legis, propriè sunt Sacramenta, *sess. 7.*

Can. 1. Differunt valde Sacramenta Novæ Legis à Sacramentis veteris legis, nec sunt tantum alia ceremoniæ, & alii ritus externi à ceremoniis, & ritibus veteris legis, *sess. 7. Can. 2.* Non omnia septem Sacramenta sunt paria in dignitate, nec omnia necessaria, quamvis nullum ex eis superfluum. *Ibid.* *Can. 3.* Item non sunt instituta ad solam fidem nutriendam, *Can. 4.* Septem Sacramenta sunt tantum signa gratiæ, acceptæ, aut accipiendæ, nec tantum nota fidei, ac professionis Christianæ, sed non ponentibus obicem conferunt gratiam, quam significant, semper, & omnibus ritè suscipientibus illam conferunt ex opere operato, *sess. 7. Can. 6. & seq.* Baptismus, Confirmatio, & Ordo imprimunt characterem, hoc est signum spirituale, & indelebile in anima, *sess. 7. Can. 9.* Non omnes Christiani habent potestatem in verbo, & in omnibus Sacramentis ministrandis. *Ibid. Can. 10.* Requiritur intentio in conscientiis, & conferendis Sacramentis, *Ibid. Can. 11.* Minister Sacramentorum quamvis existat in peccato mortali, tamen conficit Sacramentum, & confert, dummodo ritè conficiat, & conferat, *sess. 7. Can. 12.* Sacramentorum ritus in solemnium eorum administratione, nec possunt contemni, nec omitti pro libito, neque per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari, *sess. 7. Can. 13.* Est signum sensibile rei sacræ, & invisibilis forma sensibilis, *sess. 13. cap. Potest Ecclesia statuere, & mutare circa Sacramentorum dispensationem, quæ statuenda, & mutanda esse censet, salva eorum substantia, sess. 21. cap. 2.* Vim, & usum Sacramentorum Episcopi, vel per se, vel per alios, & Parochi frequenter explicare Populo debent, & Catechismo edito sub Pio Quinto uti in vulgarem converso, *sess. 24. cap. 7.*

SALUS

Est gratia quatenus misericorditer promissa; est merces, quatenus datur bonis operibus, *sess. 6. c. 16.*

SANCTI.

Omnes quantumvis Sancti in peccata levia quandoque incidunt, *sess. 6. cap. 11.* Sancti regnantes cum Christo Orationes suas pro hominibus Deo offerunt. Bonum est, nec sapit Idololatriam, sed utile Sanctos invocare, & ad beneficia per Christum à Deo impetranda ad eorum intercessionem confugere. Eorum corpora veneranda sunt, ac Reliquia: nec inutiliter venerantur Imagines sanctæ, venerationi, & ipsæ habendæ sunt, non quod creator inesse illis aliqua Divinitas, vel virtus, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in Imaginibus sit figenda, sed quia honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant juxta id, quod decretum in secundo Concilio Nicæno est, *sess. 25. de Invo. & Vener. Do-*

cen-

cendi populi ab Episcopis, vel his, qui curam docendi habent, circa intercessionem, & invocationem Sanctorum, honorem Reliquiarum, & legitimum usum Imaginum, & quia Sancti regnantes cum Christo orant Deum pro hominibus. Quare bonum est eos invocare ob beneficia impetranda à Deo per Jesum Christum, & qui oppositum dicunt, impiè sentiunt. Item eorum corpora esse veneranda, per quæ multa beneficia nobis præstantur, & contrarium dicentes damnantur. Item, quod Christi, & Sanctorum Imagines sunt colendæ in templis, non quod ipsis inhæret Divinitas, sed quia representant prototypa, & sic per eas Christum, & Sanctos adoramus, quorum illæ similitudinem referunt. Adde quod picturæ rudes docentur Mysteria fidei, recordantur beneficiorum, & miraculorum, & excitant ad pietatem, & imitationem, & qui his contraria docet, est Anathema, *sess. 25. de Invo. & Vener.*

SATISFACTIO.

Poenitentia, seu satisfactio Pœnitentia, *sess. 14. cap. . . .* Utilitates eorum sunt colere Deum, satisficere Deo pro reatu poenæ temporalis remanente post remissionem peccati. Revocant à peccato: cautos, & vigilantes reddunt animos: medentur peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus tollunt, Christo nos conformes reddunt, &c. *sess. 14. cap. 8. & Can. 12. & 14.*

SCANDALUM.

Scandalosus Rector Ecclesiarum possunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati quando incorrigibiles perseverent, privare beneficiis, juxta Sacrorum Canonum Constitutiones, *sess. 21. cap. 6. de Reform.* Publicè scandalizantibus publica injungenda est Pœnitentia; tamen poterit Episcopus iustus de causis publicas Pœnitentias in privatas commutare, *sess. 24. cap. 8. de Reform.*

SEMINARIUM.

Seminarium Ecclesiæ Cathedrales Metropolitanæ, & his Superiores in loco ab Episcopo eligendo erigant, incolant, religiosè educant, & Ecclesiasticis disciplinis instruant certum puerorum numerum, pro modo facultatum, & Diocesis amplitudine, vel Provincia, si in Diocesi pueri non reperiuntur. Item, in loco, Seminario, seu Collegio recipiantur, qui sint ad minus 12. annorum, & legitimi, qui scient competenter legere, & scribere, & sit spes, quod inserviant disciplinis Ecclesiasticis. Item, præcipuè eligantur filii pauperum, divitum verò non excludantur; si suo sumptu alantur cum spe, quod Ecclesiæ inserviant. Item, Episcopus horum puerorum partem addicet servitio Ecclesiæ, si opportunum videbitur, partem retinebit in Collegio ad erudiendos alios, quos sufficit in locum educatorum. Item, utantur habitu, & tonsura Clericali, discant Grammaticam, Cantum Ecclesiasticum, & alias bonas artes, Sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, Homilias Sanctorum, formas Sacramentorum tradendorum, præsertim Confessionis ritus, & ceremonias. Item, curet Episcopus, ut singulis diebus intersit Missæ, & saltem singulis mensibus consistantur, & pro arbitrio Confessoris communicent, diebus Festis inserviant Cathedrali, & alia hujusmodi, quæ Episcopus cum duobus gravioribus, & senioribus Canonice ab eo electis constituet, & ut semper observentur, visitando curent. Item, redditus pro fabrica, vel præceptoribus, & juvenibus alendis, si qui sunt in Diocesi pro alendis pueris, intelligantur eo ipso pro Seminario. Item, Episcopus cum consilio duorum de Capitulo, quorum unum eligeret Episcopus, alterum Capitulum, & duorum de Clero Civitatis similiter electorum applicabit, & incorporabit huic Seminario partem aliquam ex fructibus integris mensæ Episcopalis, & Capituli, & quarumcumque Dignitatum, Personatum, Officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, & Prioratum casuque ordinis, etiam Regularis: aut qualitatis, vel conditionis, & Hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem Beneficiorum, sive Regularium, sive jurisdictionatus, licet sint exempta, vel nullius Diocesis, vel locis piis annexa, vel ex Fabricis Ecclesiarum, vel ex quibuscumque aliis Ecclesiasticis redditibus, & proventibus, etiam aliorum Collegiorum, in quibus tamen Seminaria dicentium, vel docentium ad commune bonum Ecclesiæ actu non habentur: sunt enim hæc exempta, præterquam ratione reddituum, qui sunt superflui, ultra convenientem sustentationem Seminariorum, vel scholarum: sic etiam sumantur ex redditibus Monasteriorum non mendicantium, sic ex decimis perennitibus ad laicos, vel milites, ex quibus subsidia Ecclesiastica solvi solent, exceptis militibus Hierosolymitanis: hæc enim omnia applicentur sine præjudicio cultus Divini, & obtinentium illa, & incorporatio in vacatione non potest ullo modo impediri. Item, possessores solvant pro se, & pro Pensionariis retinendo sibi ratam. Item, Episcopus id exigat censuris Ecclesiasticis, & si opus est brachio seculari, non obstantibus, &c. Item, si Seminarium dotaretur aliundè, dorem Episcopus remittat pro rata in totum, vel in partem solventibus. Item, Episcopus cum prædictis Canonice singulis annis accipiat rationem horum reddituum. Item, Archiepiscopus Episcopum negligentem in erectione Seminarium, illum, & Superiores, & Synodus provincialis acriter puniat, & cogat. Item etiam ad quos spectat docere per se ipsos, si non sint idonei,

Hhhh
nci,

nei, per alios cum mercede doceant, quæ Episcopus iudicabit expedire. Item, ad scholasticas non fumantur, nisi Doctores, vel Magistri, vel Licentiatum in Theologia, vel iure Canonico, vel alia personæ idoneæ, aliter provisio sit nulla, non obstantibus, &c. Item, si ob paupertatem non potest in una Diocesi, fiat in Provincia Seminarium. Item, possunt esse plura in una Diocesi dependenti à principali. Item, difficultatibus, si quæ oriuntur, Episcopus cum Canonicis provideat, *sess. 24. cap. 18. de Reform.*

SEQUESTRATIO.

Ructus Ecclesiarum, quæ restauratione indigent, possunt ab Episcopo sequestrari, ut restaurentur, *sess. 21. cap. 9. de Reform.*

SIMONIA.

Lucra quævis sapientia Simoniacam labem, quædam scilicet conditiones, deductiones, fructuum solutiones, compensationes, promissiones, turnorum lucra, si verè sapiant labem Simoniacam; aut fordiam avaritiam, interdiciuntur sub penis Canonicis contra Simoniacos, *sess. 24. cap. 14. de Reform.*

SOCIETAS JESU.

Nihil in ea innovatur à Tridentino circa Professionem, & Novitios per verba posita in *Capituli decimi sexti de Regular.*

STATUS.

Status Virginitatis, aut Cælibatus anteponeendus est statui conjugali, & hæreticum est negare beatius esse in virginitate, aut cælibatu manere, quam jungi Matrimonio, *sess. 24. Can. 10.*

S P E S.

NON justificamur sola fiducia Divinæ Misericordiæ, *sess. 6. Can. 12.*

SPONSALIA.

Justitia publicæ honestatis impedimentum, ubi Sponsalia quacumque ratione valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit, ubi autem valida fuerint, statuit, ut primum gradum non excedant, *sess. 24. cap. 3.* Notandum hic decisum fuisse à Sancto Pio V. Anno 1568. Decretum hoc Concilii intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro tantum, non autem de presenti, quia hoc est usque ad quartum gradum, *sess. 24. cap. 3. de Reform. Matrim.*

SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS.

Vivorum suffragia pro Defunctis secundum instituta Ecclesiæ pie à fidelibus fiant, Episcopi verò prohibeant ea, quæ circa Defunctorum suffragia ad superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, *sess. 25. Decr. de Pu g.* Suffragia, quæ ex testatorum voluntatibus, vel alia ratione debentur Defunctis, diligenter, ac accurate persolvantur. *Ibid.*

SUPERSTITIO.

NON est superstitio prohibere solemnitates Nuptiarum certis temporibus, nec superstitione sunt ceremoniæ, ac benedictiones, quibus Ecclesiæ in Matrimonio utitur, *sess. 24. Can. 11.*

SUPPLICATIO.

Supplicationes, & preces publicæ habendæ sunt, Sede aliqua Vacante à Clero, & populo illius Diocesis pro impetratione boni Pastoris, *sess. 24. cap. 1. de Reform.*

TESTAMENTUM.

NON debent commutari ultimæ voluntates, nisi ex justa, & necessaria causa ab Episcopis tanquam Delegatis à Sede Apostolica, & cognita prius veritate talis necessitatis summarè, & extrajudicialiter, *sess. 22. cap. 6. de Reform.* Videatur Sessio ultima *cap. 4. de Reform.* Omnium Testamentorum, tam disponentium post mortem, quam inter vivos, Episcopi sunt executores in casibus à jure concessis, *sess. 22. cap. 8.*

TITULUS.

Tituli Protonotariatus, Acolythatus, Comitum Palatini, Capellani Regii, & alii hujusmodi, necnon tituli additi Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis nihil detrahunt ordinariis, quominus subiaceant Episcopis tanquam à Sede Apostolica Delegatis, & quoad Capellanos regio juxta Constitutio- nem Innocentii Tertii, quæ incipit: *Cam Capellæ*, exceptis illis, qui prædictis locis, aut militiis actu serviunt, & intra eorum septa resident, *sess. 24. cap. 11.*

TONSURA.

Prima Tonsura non debent initiari, qui non sunt Sacro Chrismate confirmati, qui nesciunt legere, ac scribere, & qui ut iudicium sæculare fugiant, primam Tonsuram petunt, *sess. 23. cap. 4. de Reform.*

VACATIO.

Secuta vacatione Ecclesiæ Parochialis, debet Episcopus constituere Vicarium, qui onera vacantis Ecclesiæ sustinet: tempore vacationis debet concurrere facere. Concurrentes examinandi sunt à tribus saltem examinatoribus præsentibus Episcopo, aut Vicario Generali, quorum Votis, si pares fuerint, aut singulares, accedere poterit Episcopus seu Vicarius. Examinatores autem ex illis, quos idoneos judicaverunt examinatione nihil debent accipere, nec ante, nec post examen, alioquin simoniacè accipiunt, *sess. 24. cap. 18. de Reform.*

VERBA.

Ex verbis, quæ in Decreto Sessio- nis decimæ septimæ extant, videlicet, quæ proponen- tibus Legatis, &c. usque ad finem Decreti non immutatur solita ratio tractandi negotia in Conciliis Generalibus, nec quidquam novi præter id, quod à Sacris Canonibus, vel Generalium Conciliorum forma statuitur, cuiquam additur, vel detrahitur, *sess. 24. cap. 25. de Reform.*

VICARIUS.

Vicarius Episcopi absente Episcopo non admittatur ad res deliberandas in Capitulo, *sess. 25. cap. 6. de Reform.*

VISITATIO.

Episcopi quascumque Ecclesias quomodolibet exemptas visitare singulis annis teneantur, appellationibus, privilegiis, consuetudinibus penitus exclusis, *sess. 7. cap. 8. de Reform.* Notat Barbosa posse Episcopos visitare ex hoc Decreto Ecclesias Regularium, si in iis cura Animarum exerceatur per Sacerdotes seculares. Debet Episcopus curare omnia, quæ ad Dei cultum spectant in sua Diocesi, etiam ad Regulares pertinentia. Propter hoc poterunt omnia Beneficia, etiam Regularia visitare tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, imò poterunt etiam visitare Monasteria Regularium quando à suis Superioribus non visitentur, monendo tamen eos primò, & sex menses post monitionem expectando. Hoc tamen possint in casu, quo in aliquo Monasterio Regularis observantia non haberetur, *sess. 21. cap. 8. de Reform.* Patriarchæ, Primates, Metropolitanæ visitent per se ipsos, aut si legitime impe-

diri per proprios Vicarios suam Diocesim queant, aut saltem biennio per suos Vicarios, aut Visitatores per se ipsos nequeant, *sess. 24. cap. 13. de Reform.* Metropolitanus non debet visitari Cathedralis Ecclesiæ, neque Diocesis suorum Com- provincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali, *sess. 24. cap. 13. de Reform.* Archidiaconi, Decani, & Alii inferiores in iis Ecclesiis ubi hæcenus visitantur, assumpto Notario de consensu Episcopi, per se ipsos tantum visitare tenentur, & post visitationem Episcopo rationem reddere. Visitatores deputati à Capitulo debent approbari ab Episcopo, qui potest, non obstante illorum visitatione ipse quoque visitare. *Ibid.* &c. Ecclesiæ seculares nullius Diocesis visitationi subjacent Episcopi vicinioris, quod si non constet, ab illo visitentur, qui semel electus fuerit à Prælo illius loci tanquam à Sedis Apostolicæ Delegato, *sess. 24. cap. 9. de Reform.* Episcopus in illis, quæ ad visitationem spectant, jus habet tanquam Delegatus Sedis Apostolicæ, nec in his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, locum habet exemptio ulla, inhibitione, querela, appellatio etiam ad Sedem Apostolicam. *Ibid. Cap. 10.* Habeant singula Monasteria Regularium suos Visitatores, qui frequentiter visitent, ac reformationi incumbant. In casu negligentie, à Metropolitanis admoneantur. Quod si non paruerint, ea monasteria Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis subdantur, *sess. 25. cap. 8. de Regular.* Ubi-que imminet Animarum cura personarum secularium in Monasteriis Regularium, Episcopus Jurisdictionem habet in illas personas, etiam Regulares in his, quæ ad curam Animarum illarum spectant, & visitare potest ea loca, & non possunt superiores Regulares quemquam deputare ad curam illarum Animarum, nisi de consensu Episcopi, & examine prævio per Episcopum, aut ejus Vicarium. Excipit tamen Monasterium Cluniacense, & loca in quibus Capita ordinum resident, & ea, in quibus Regulares Superiores habent Jurisdictionem Episcopalem, *sess. 22. cap. 11. de Regular.* Visitent ex Officio Abbates, & Superiores Ordinum Episcopis non subiecta Monasteria, etiam commendata, & Prioratus, in quæ habent Jurisdictionem, & pro his Monasteriis, non intelliguntur illa que sunt, *sess. 21. cap. 8. de Reform.* De Visitacione Monasteriorum Comendatorum. Superiores horum Monasteriorum tenentur hos Visitatores recipere, & eorum visitationes exequi, & in his Monasteriis Privilegia, & facultates sint illasæ, & eorum Superiores obligantur à Capitulis, vel à visitatoribus, *sess. 25. cap. 20. de Regul.* Visitacionis decretum de quo in *sess. 6. cap. 4.* servetur etiam quando Episcopus ex officio, vel ad petitionem alicujus procedit contra aliquem ex contentis in dicto Decreto: in hoc casu etiam sequentia sunt servanda. Primò, Capitulum in initio cujuslibet anni eligat duos ex Capi-

tulo, de quorum consilio, & assensu Episcopus vel eius Vicarius causam agat coram suo Notario in propria domo, vel confueto Tribunali. Secundo, unum sit utriusque votum, licet alter possit Episcopo accedere. Tertio, si ambo sint discors desub Episcopo, tunc intra sex dies simul cum Episcopo eligant tertium. Quod si & discordent in hac electione, res devolvatur ad viciniorum Episcopum, & tunc Articulus terminetur secundum eam partem, cum qua tertius convenit, aliter, omnia sunt irrita. Quarto, in criminibus incontinenti, & in actionibus, quae deponitionem, vel degradationem requirunt, si timetur fuga, ne Judicium eludatur, potest solus Episcopus in initio procedere ad summariam informationem, & necessariam detentionem, servato tamen in reliquis Ordine praemisso, sed semper habeatur ratio, siut delinquentes in loco Decreti quodiantur, juxta qualitatem delicti, & persona, *sess. 25. cap. 6. de Reform.*

VISITATOR.

Visitatorum munus est sanam, & Orthodoxam Doctrinam expulsis haeresibus inducere, bonos mores recti, & prava corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, ac innocentiam accendere, ea, quae sunt ad Fidei fructum constituere, *sess. 24. cap. 7. de Reform.* Equitatu, & famulatu modesto contenti, visitent diligenter, sed celeriter. Non sint sumptibus eorum onerosi: non accipiant nec pecuniam, nec munera; quomodocumque offerantur exceptis victualibus frugaliter ministrandis, aut pecunia pro illis. *Ibid.* Ubi consuetudo est, ut in visitationibus a visitatis nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud accipiantur, ibi observetur, *sess. 26. cap. 3. de Reform.* Si quis ex Visitatoribus aliquid amplius, quam victualia sumperit, teneatur ad restitutionem dupli intra mensem, & subiaceat poenis statutis a Concilio Generali Lugdunensi (*Vide sexti Decret. lib. 4. de Cons. tit. 20. cap. 2.*)

Uxor.
Vide Matrimonium, Divortium, &c.



Propter paupertatem Ecclesiarum in casibus a Jure permissis, & juxta formam Juris, possunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicae Delegati sine praedjudicio obtinentium facere uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & Baptismalium, Beneficiorum Curatorum, vel non Curatorum cum Curatis, etiam in Ecclesia, vel Beneficia essent specialiter reservata, quae uniones non possunt revocari vigore ejusdemque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis, *sess. 21. cap. 5. de Reform.* Ecclesiae Parochiales monasterii quibuscumque, aut Abbatis, seu Dignitatibus, sive Praebendis Ecclesiae Cathedralis, vel Collegiatae, sive aliis beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, Militiisve, non uniantur, & unite revideantur ab Ordinariis, *sess. 7. cap. 6. de Reform. sess. 24. cap. 13. de Reform.*

PARS QUINTA
EXAMEN RITUM.
CAPUT UNICUM.

Praecipua Decreta Sacrae Congregationis Rituum Alphabetice digesta.
ABBAS.

1 Non potest Abbas extra suam Ecclesiam uti Mitra, & Baculo, neque ea ante se deferre, 17. Julii 1604.
2 Abbati celebranti unica tantum Mitra conceditur, 29. Januarii 1628.

3 Missa solemnibus Abbatibus ter in annum ad summum est canenda, non tamen cum septem, sed cum sex Candelabris, & cum baculo parvo, 29. Januarii 1628.
4 Baldachinum Abbatibus sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest, 29. Januarii 1628.

5 De licentia Ordinarii poterit Abbas uti Mitra, & Baculo extra proprias Ecclesias, 6. Decembris 1631.
6 Neque Abbates, neque Regularium Superiores possunt benedicere paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, 24. Augusti 1609.

ALTARE.
Altare portabile ligneum cum Area lapidea permitti debet non obstante constitutione synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum depositum, 1. Novembris 1612.

ANNULUS.
1 Nulli usus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium, 20. Novembris 1628.
2 Possunt Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie, 4. Augusti 1663.

AQUA BENEDICTA.
1 Canonici in Dominicis singillatim aspergentur in Aqua Benedicta, non vero unico scitu, 20. Decembris 1601.
2 In asperersione Aquae Benedictae, quae diebus Dominicis fit a Sacerdote Alba, & Stola induto,

vel etiam cum Pluviali, immediate celebratur Missam conventualem, Stola aptanda est ante pectus ad modum Crucis, non vero pendens a Collo ad utrumque latus, 30. Septembris 1679.

ARCHIDIACONUS.
1 Archidiaconus sustinens baculum Episcopithurificandus est post Diaconos assistentes, ubi non addit contraria consuetudo, 28. Aprilis 1607.
2 Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu prelativo non choralis, licet sit Protonotarius, 6. Martii 1609.
3 Archidiaconus si est prima Dignitas, debet facere officium presbyteri assistentis; si est Sacerdos, & recitans; cogendus est poenis, & censuris, 28. Maji 1616.

BEATUS.
1 Ego potest excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicae super Beatificationibus, praeterquam in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis sine expressa licentia praedictae Sedis Apostolicae, 5. Octobris 1652.
2 Beatorum nomina non apponantur in Calendariis, nisi illius tantum loci, earumque personarum, in quo & a quibus cultus cum Officio, & Missa celebratur, 27. Septembris 1659.
3 Non sunt invocandi Beati in publicis precibus, praeter indulgas, & approbas; nec eorum Reliquiae in processionibus circumferendae, 27. Septembris 1659.
4 Licet non sint celebrandi dies festi in Beatorum honorem; hoc tamen non extenditur ad festa devotionis, 27. Aprilis 1660.
5 Indulta recitandi Officium cum Octava, & celebrandi Missam de Beatis non sunt revocata per Decretum editum sub die 27. Septembris 1659. Decretum hoc est, 17. Aprilis 1660.
6 In illis Ecclesiis, in quibus Officium, & Missa de Beatis recitari, & respectu celebrari possunt, joer eorum Reliquias exponere, imagines, vel simulacra super Altari collocare, ac votivas tabellas ibidem appendere, 17. Aprilis 1660.

ABBAS.

1 Non potest Abbas extra suam Ecclesiam uti Mitra, & Baculo, neque ea ante se deferre, 17. Julii 1604.

2 Abbati celebranti unica tantum Mitra conceditur, 29. Januarii 1628.

3 Missa solemnibus Abbatibus ter in annum ad summum est canenda, non tamen cum septem, sed cum sex Candelabris, & cum baculo parvo, 29. Januarii 1628.

4 Baldachinum Abbatibus sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest, 29. Januarii 1628.

ALTARE.
Altare portabile ligneum cum Area lapidea permitti debet non obstante constitutione synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum depositum, 1. Novembris 1612.

ANNULUS.
1 Nulli usus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium, 20. Novembris 1628.

AQUA BENEDICTA.
1 Canonici in Dominicis singillatim aspergentur in Aqua Benedicta, non vero unico scitu, 20. Decembris 1601.

2 In asperersione Aquae Benedictae, quae diebus Dominicis fit a Sacerdote Alba, & Stola induto,